

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1231

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

de bonis a deo vobis collatis pias elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram earum inopie consulatur et vos per hec et alia bona, que domino feceritis inspirante, ad eterna possitis gaudia pervenire. nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus meritis et
 5 intercessione confisi omnibus, qui ad sublevandam earum inopiam manum porrexerint caritatis, quadraginta dies de injuncta sibi penitentia auctoritate legacionis, qua fungimur, misericorditer relaxamus. datum Colonie, 6 idus januarii, anno domini 1231¹.

10 *S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 23^b or. mb. lit. pat. Der untere Rand des Pergaments, an dem wohl ein Siegel befestigt war, ist vollständig herausgerissen.*

222. *Bischof Berthold von Straßburg beurkundet, daß das Straßburger Hospital von der Dorfgemeinde Ergersheim einen Hof daselbst gekauft habe. 1231 Mai 6 Straßburg.*

Bertoldus dei gratia Argentinensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus
 15 hoc scriptum intuentibus rei geste notitiam. qui facta temporalia scripto spernit commendare, quærit actionibus hominum in posterum per contrarium obviare. noverit ergo fidelium universitas, quod domus hospitalis Argentinensis apud Ergersheim emit quandam curiam eorum curie adjacentem a tribuno et communitate ejusdem ville quolibet anno pro triginta uno denariis in censu, que curia domui
 20 hospitali hereditario jure debet attinere. et ne de cetero inter eos et domum hospitalalem aliqua queat ambiguitas oriri, presentem paginam nostri sigilli munimine fecimus communiri. testes hujus rei sunt Albertus Begere, Johannes filius Erbonis magistri hospitalis, Wolfhelmus et Otto dicti Lupi de Ergiresheim, Johannes prefectus Argentinensis milites et alii quam plures. datum Argentine anno domini
 25 1231, 2 nonas maji, scribente Guntero.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 33 fasc. 1 or. mb. c. sig. pend.

223. B[ertholdus] episcopus Argentinensis de Reinhardi^a prepositi, Berhtoldi decani, totius capituli sui necnon ministerialium consensu promittit H[einrico] episcopo Basiliensi, si quis abhinc usque ad nativitatem domini proxime venturam
 30 et ab inde usque ad biennium preter imperatorie seu regie majestatis culmen eum in juribus, hominibus ac rebus offendere presumpserit, ei se auxilium laturum esse. «ut malitiis hominum». datum Argentine anno domini 1231, 3 nonas octobris. 1231 October 5 Straßburg.

1253
 Dez. 25

Aus Trouillat Mon. de Bâle I, 521 nr. 349 nach einer Copie des Basler bischöfl. A.

35 a) *Trouillat Bernhadi.*

¹ *Unrichtig ist demnach die Angabe Königshofens: sant Kathrinen closter zû Strosburg wart gemaht und gebuwen noch gotz gebürte 1242 (D. St-Chron. IX, 740).*

224. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden den Verkauf eines in der Aue gelegenen Grundstückes der städtischen Almende an den Bürger Cuno vor dem Münster. 1231.*

Erbo junior magister burgensium et consules Argentinenses. oblivioni pruden- 5
ter occurrimus, si ea, que nostris geruntur temporibus, scripto commendamus. no-
verint igitur tam presentes quam posteri presens scriptum inspecturi, quod, cum
nos pro pecunia, quam Romanorum regi Heinrico dedimus¹, alendam nostram
venderemus, vendidimus etiam Cūnoni ante monasterium concivi nostro aream unam
apud curiam suam, que olim illius de Schaftoltzheim fuerat, in augea sitam in
liberam proprietatem sibi et heredibus suis perpetualiter possidendam, consensu et 10
voluntate communis civitatis nostre plenius accedente. ne igitur hoc factum poster-
orum cavillatione vel temporis oblivione possit in irritum revocari, presentem
paginam sigillo civitatis munitam prefato Cūnoni et heredibus suis in testimonium
concessimus habendam. acta sunt hec publice anno incarnationis domini 1231
in tempore nostri consilii, videlicet Dietrici burggravii, Eberhardi Pueri, Wilhelmi 15
Begeronis, Eberhardi², Nicolai Gōsselini, Rūdolfi de Zavernia, Friderici inter
mercatores, Erbonis filii iudicis, Burckardi Dispensatoris, Johannis de Kungeshoven,
Hugonis filii thelonearii, Ūlrici Löselini, Marquardi Vituli, Rūdigeri de Friburg,
Dietrici Sluch, Erbonis junioris magistri burgensium et aliorum multorum³.

H aus Straßb. Hosp. A. prot. 5 cop. chart. sec. XV aus einer Handschrift von 190 Blättern. 20

225. *Graf Hartmann von Kyburg beurkundet, daß seine Schwester Adelheid, Gräfin von Tollenstein, ihre Güter zu Hausbergen und Willstett sowie einen Hof in der Stadt Straßburg dem Kloster St. Marz daselbst geschenkt habe. 1231 Straßburg im St. Marzkloster.*

Hartmannus dei gratia comes de Kyburg omnibus presens scriptum inspecturis 25
salutem in domino. universitati vestre presencium volumus intimari rescripto,
quod soror nostra domina Alheidis, comitissa quondam de Tollenstein, de consensu
et bona voluntate nostra contulit ecclesie monialium sancti Marci in Argentina
omnia bona sua, que habuit in Hugesperghen^a et in Uuilstide, et curtim, quam

^a) S Hugespergh mit Querstrich durch den Schaft des h.

30

¹ Wohl bei der Aussöhnung mit König Heinrich im Herbst 1229. Darüber berichten die *Casus s. Galli von Konrad de Fabaria*: post discessum igitur cardinalis a civitate Argentina pacato aliquantum regis animo Argentinam veniens, paci reformande cum dedisset operam, dato argento non modico, ipso venerabili mediante abbate, ipsius recuperaverunt gratiam. rogatus itaque abbas a burgensibus post maximas graciaram actiones pro reconciliatione regis 200 marcas argenti recepit 35
ab ipsis. (*Mon. Germ. SS. II, 181.*)

² Stoltzenboltz fügt das Verzeichniß der Rathsmitglieder im Rath- u. Bürgerbuch fol. 5^a des *Straßb. St. A.* hinzu.

³ Im Jahr 1231 October 5 (3 nonas octobris) wird in einer Urkunde der Herren von Hohenstein, ihren Streit mit dem Kloster Hohenforst betreffend, unter den Zeugen ein Heinricus Stollo in Argenti- 40
tina erwähnt. *Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. B lad. 38 or. mb. c. sig. pend. delapsis.*